

ma. 1. 7. & cap. 12. 13. & cap. 16. 15. & 1. Corint. 1. 2. ad Ephes. 1. 1. ad Colof. 1. 2. & 1. ad Timo. 5. 10. & a Petro 1. Epist. cap. 2. 9. & Act. 9. 13. & ab Isaia 62. 12.

Varia explicatio.

Jansen.

Palacio.

Hugo.

Deute. 32. 9.

Ecclesia in varias partes distributa, sicut Synagoga in varias Tribus

Cum in generali narratione specialis sit mentio alius amoris ac praesentia signum est.

Mar. 16. 7. Isaia 53. 9.

Pf. 2. 8.

1425 Rursus, expensione dignissima sunt illa verba, Et in parte Dei mei hereditas illius. Jansenius, qui hujus meminit translationis, in parte Dei mei, ita explicat: Radicavi, hoc est, radices misi, & firmiter haesi in populo honorificato: hoc est, in eas partes, quas Deus possidet, quae sunt hereditas illius. Itaque juxta hanc Jansenii enodationem supplenda est illa particula, qua sunt (uti etiam supplet P. Sa in Notulis) plurali numero accipiendum in parte, id est, in partes, propter varias Tribus populi Israelitici, in quas ille divisus est, ut patet ex libro Josue. Hanc etiam interpretationem sequitur Carthusianus, et alias quoque amplectatur. Palacius vero explicat, in partes, id est, in partibus, & divitiis Dei, hereditatem habet populus ille. Vel clarius (ut ipse putat) hereditas illius populi honorati est in partibus, & hereditate Dei. Adhuc manet obscura enodatio. Hugo autem, Dionysius, & Lyranus, partes explicant gaudia aeternae Beatitudinis. Si vero Graeca lectio retineatur, In parte Domini hereditatis illius, facilius videtur enodatio: nam (ut Jansenius, & recentiores alii observant) quem antea honorificatum populum appellarat, nunc partem Domini, & partem hereditatis illius, id est, portionem ejus hereditatem vocat, juxta illud Deut. 32. 9. Pars Domini populus ejus, Jacob funiculum hereditatis ejus.

1426 Caeterum, cum existimemus, populum honorificatum hic appellari Christianam Ecclesiam, commodè possunt enodari verba illa, & in partes Dei mei hereditas illius, primò de diversis orthodoxae Ecclesiae partibus, in quas illa divisa est ad duodecim tribuum similitudinem. Non enim aliud est à sacrae Scripturae usu, Israelitici populi nomine in duodecim tribus divisi probos Christianos, sive ex Judaeis, sive ex Gentibus congregatos aenigmaticè significari. Lege Paulum ad Rom. 9. 6. ad Galat. 6. 16. Oseam 1. 10. & cap. 2. 24. & 1. Petri 2. 10. & Apoc. 7. a vers. 4. usque ad 9. & ibi nostrum Alcazarem. Igitur radicata dicitur Incarnata Sapientia in populo Christiano, & alias egisse radices in eas partes, in quas ille distribuitur, juxta variarum Nationum diversitatem: quae partes, sunt planè Dei hereditas, & Christo in hereditatem datae. Sed neque his omnino acquiescit animus. Propterea

1427 Ut meam in hac re sententiam exponam, illud unum praelibare licet: nempe ex Biblico more, cum de aliquo generatim in universali narratione contento specialis sit mentio, amoris ac dignitatis eximiae id esse argumentum. Marci 16. 7. Dicite Discipulis, & Petro. Isaia 53. 9. Dabit impius pro sepultura, & divitem pro morte sua. Impiorum nomine omnes à Christo sanguine emptos, & redemptos comprehendit; sed favor erga aliquem specialis est, quod addat: & divitem pro morte sua. Psal. 2. 8. Dabo tibi Gentes hereditatem tuam: en Gentium vocatione generaliter contentam, sed speciali praerogativa subjungit pro singulari aliqua natione (de qua infra) & possessionem tuam terminos terrae. Sic similiter apud Siracidem nostrum, radicata dicitur Incarnata Sapientia in populo honorificato, glorioso, illustri; Ecclesiam nimirum universali, quae omnes nationes ad Christum adductas comprehendit. Addit ta-

men, in favoris specialis, & eximiae dilectionis argumentum erga singularem aliquam nationem: Et radicavi in parte Dei mei hereditatis illius: vel in ea, quae Domino cesserat, possessione. Vel in parte Dei mei, hereditas illius, id est, quae illius extat hereditas, ut Biblicè periti explicant.

1428 Hoc praemisso, seriò censuerim, partem hanc universali illà narratione contentam, & quasi intento digito singulariter demonstratam, esse Hispanicam Gentem, esse Hispaniensem Ecclesiam: cujus Christianitatis usque adeò antiqua religio extat, ut ipsa prima Provinciarum mundi, post Judaeam, Galilaeam, & Samariam, Christi fidem amplexa sit; verè primitivae caeterorum Gentium, qui postea ad Christum sunt adducti: cujus etiam tenacitatem in orthodoxa fide retinenda, promovenda, & toto orbe facianda: cujus eximiam, in Christum, ac Deiparam, pietatem usque ad sanguinis effusionem, & vitae dispendium, caecus sit omnino qui ignoret, & vel invitus non fateatur. Hispania, Hispania quidem est pars illa Dei, in qua altas agunt radices Jesus, & Maria: possessio utriusque est, quae utriusque prima cessit inter caeteras mundi nationes: pars illa est, cui sese sumopere insinuantes Christus, & Christipara, majora dedere amoris argumenta. Haec universim dicta, ne quis fortasse Momus Hispano vertat fastui, dabimus diligenter operam in illustratione textus, ut Hispanae Christianitatis antiquissimam religionem non uno tantum vaticinio, sed multis, usque clarissimis dignam, gravissimis testimoniis ostendamus. Unum dumtaxat audiveris hic externae nationis virum disertissimum, Cornelium nostrum in Acta Apost. cap. 12. 1. S. Jacobo debet Hispania, quod à Christo hucusque in vera & orthodoxa fide constans perseverit, ut merito Reges ejus Catholici cognominentur, ipsaque sit basis, & columna fidei, & Ecclesiae; quodque fidem Christi cum aeterna nominis sui gloria per Indias tam Orientis, quam Occidentis, longè lateque propagavit, in dies magis magisque propaget.

1429 Denique si petas, quid sit, in plenitudine Sanctorum detentio. Convenit primò inter expositores, plenitudinem Sanctorum esse illorum perfectionem, sanctitatem, & virtutes animi internas, sine quibus homines inanissima sunt vacuitas: quomodo terra recens creata dicitur Genes. 1. 2. inanis & vacua, Hebraicè, inanitas, & vacuitas; quia vacua tunc erat animabus, plantis, metallis, &c. sicut nux nucleo vacua, inanis merito dicitur. Unde plenitudo terrae, vel plenitudo maris in sacro saepe sermone significat rerum copiam, quibus terra, vel mare quodammodo replentur. Et Amos 6. 8. Habitatores civitatis appellantur plenitudo ejus. Tradam Civitatem cum habitatoribus ejus: Hebraicè, Civitatem, & plenitudinem ejus. Qua de re nobis erit sermo in morali illustratione. Secundo multi arbitrantur, plenitudinem Sanctorum esse hic plenum, & copiosum Sanctorum cœtum, Deum colentium, & ei obtemperantium. Unde Lyranus, & Sa noster asserunt, in congregatione, & pleno cœtu Sanctorum.

1430 Ex his duabus interpretationibus plenius evincitur nosfer de Christiana Ecclesia expositio. Etenim in plenitudine Sanctorum, plena nempe sanctitate, & perfectione, dicitur corporatum Verbum detineri, stabile ac fixum domicilium habere: plena autem sanctitas, qui

Inter reliquas, quas universales Ecclesiae partes, Hispaniensem Ecclesiam: cujus Christianitatis usque adeò antiqua religio extat, ut ipsa prima Provinciarum mundi, post Judaeam, Galilaeam, & Samariam, Christi fidem amplexa sit; verè primitivae caeterorum Gentium, qui postea ad Christum sunt adducti: cujus etiam tenacitatem in orthodoxa fide retinenda, promovenda, & toto orbe facianda: cujus eximiam, in Christum, ac Deiparam, pietatem usque ad sanguinis effusionem, & vitae dispendium, caecus sit omnino qui ignoret, & vel invitus non fateatur. Hispania, Hispania quidem est pars illa Dei, in qua altas agunt radices Jesus, & Maria: possessio utriusque est, quae utriusque prima cessit inter caeteras mundi nationes: pars illa est, cui sese sumopere insinuantes Christus, & Christipara, majora dedere amoris argumenta. Haec universim dicta, ne quis fortasse Momus Hispano vertat fastui, dabimus diligenter operam in illustratione textus, ut Hispanae Christianitatis antiquissimam religionem non uno tantum vaticinio, sed multis, usque clarissimis dignam, gravissimis testimoniis ostendamus. Unum dumtaxat audiveris hic externae nationis virum disertissimum, Cornelium nostrum in Acta Apost. cap. 12. 1. S. Jacobo debet Hispania, quod à Christo hucusque in vera & orthodoxa fide constans perseverit, ut merito Reges ejus Catholici cognominentur, ipsaque sit basis, & columna fidei, & Ecclesiae; quodque fidem Christi cum aeterna nominis sui gloria per Indias tam Orientis, quam Occidentis, longè lateque propagavit, in dies magis magisque propaget.

P. Corneli

Amos 6. 8.

In Ecclesia plenitudo sanctorum in qua perpetuò detinetur Christus.

TEXTUS ILLUSTRATUS

De Christo, Christianaque Ecclesia

SECTIO XV.

Christi Ecclesia populus est ab eo eximie honorificatus, illustris, gloriosus.

1432 Multa extant, & obvia in litteris inspiratis praelustrata testimonia, quae hanc thesim elucidant; nonnulla breviter hic perstringam, pro Ecclesiae gloria copiosè Augusta, cui vetus cedat, vel invita etiam Synagoga.

In primis, orthodoxae Ecclesiae rudis quaedam, & umbratilis tantummodo delineatio Synagoga extitit; illa omnia divini erga Israeliticum populum amoris & honoris argumenta, principatus, Regia, ac Pontificia Majestas, & tot frequenter patrata mirabilia, nostrorum erant prolusiones: tanto enim illa à nostris distabant intervallo, quanto umbra à corpore, homo à sua imagine, dixerim, quanto finita ab infinitis. Hinc illae Pauli locutiones 1. Corin. 10. 6. Haec in figura facta sunt nostri. Et Vers. 11. Haec autem omnia in figura continebant illis. Et ad Colof. 2. 17. quae sunt umbra futurorum. Et ad Hebrae. 10. 1. Vmbra enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Syrus pro imaginem, habet substantiam. Chrysofomus imago hic est veritas ipsa rerum: quod pulchrè explicat similitudine. Usquequod enim veluti in pictura circumdat quis colores, umbra quadam est: cum verò flores ipsos colorum intuxerit, & imposuerit, tunc imago efficitur. Tale quidam etiam erat lex: umbra, inquit, habens lex bonorum futurorum, non ipsam imaginem rerum: hoc est, non ipsam veritatem. Consonat Synesius in Pl. 74. discriminans legem veterem ab Evangelica. Et quod boni pictores faciunt, olim quidem ad umbratè delineavit (Deus;) postea verò singulas cognitionis partes, & membra elaboravit. Explicat etiam haec possunt plumarii, ac rechamati artificii exemplo, quo ad rem similem supra usi sumus num. 1242. ut subinde jam rectè agnoscas, & includas, parvam, & exilem fuisse Synagogae gloriam, & erga illam Creatoris munificentiam, si cum Ecclesia Christi, & Apostolorum fiat comparatio.

1433 Mosaici Tabernaculi, & Templi Salomonici descriptionem, & exemplar (la montea, la planta, el bosquejo, el rascuno) Dei manu exarata, Moyfi tradita, & Davidi, videtur constare ex Exod. 25. 9. & vers. 40. & cap. 26. 30. & 1. Paral. 28. 11. & vers. 19. Omnia venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris. Tamefi, Theodoretus, Procopius, & alii id dictum putent, quia non humana ratione, sed Dei spiritu, exemplar illud fuerit designatum. Esto ipsa Dei manu exaratum sit, certè non nisi in tabula membrana, vel simili materia. Unde non exigua laus emergit ad gloriam illius populi. Expende modò quid de Ecclesia Christianae ichnographia Isaías praedixerit, cap. 49. 16. In manibus meis descripsi te; muri tui corâ oculis meis semper. Ingeniosa hic extat Montani interpretatio (cui maxime applaudo) existimantis metaphoram duci ab architectis, qui dum

Hebrae. 7. 18.

S. Chrysof.

S. Bernard.

Orig. Catena. Barbari. Pl. 23. 1.

In Ecclesia innumerabilia sanctorum multitudo.

Synagoga, rudis quaedam Ecclesia delineatio fuit, Ecclesia, substantia & veritas ipsa.

1. Corin. 10. 6. Colof. 2. 17. Hebrae. 10. 1.

S. Chrysof.

S. Synesius

Mosis Tabernaculum, & Salomonis Templum in tabula vel membrana exarata, Ecclesia in Dei manibus.

Isai 49. 16.

& perfectio non nisi in Evangelica Ecclesia respicietur, & novae legis, non à Moyse, sed à Christo datae, haec virtus est. Ut enim Paulus ad Hebrae. 7. 18. Reprobatio quidem erit praecedentis mandati (id est, abrogatio veteris legis) propter infirmitatem, & inutilitatem (non enim poterat peccata expiare, salvare & beare homines); nihil enim ad perfectum adduxit lex. Subjungit de Evangelica lege data per Christum: Introductio verò melioris spei, per quam approximamus ad Deum. Ubi Chrysofomus Hom. 13. Nihil ergo profuit lex? Profuit quidem, valde profuit; sed ad faciendos perfectos nihil profuit. Subinde Bernardus in declamationibus, super illud: Ecce nos reliquimus omnia, sapienter ait, omnem veteris legis perfectionem claudicasse, legem verò gratiae perfectissimam esse, & suos cultores ad perfectionem evehere. Antiquorum sane Patrum diebus, donec in terris videretur, & conversaretur inter homines Dominus manifestus, non erat Evangelica forma perfectionis, sed spiritum Domini solo interiori spiritu sequebantur: at ubi Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, jam nobis in eo tradita est imago vitae, & conversationis exemplar, quod oporteat etiam corporaliter imitari, ut utroque sequentes vestigio, non ulterius cum Patriarcha Jacobo altero femore claudicemus. Sed appositè satis, & egregiè ad Ecclesiastici verba Origenes in illud Pl. 23. 1. Domini est terra, & plenitudo ejus, explicat quid sit plenitudo. Sane ante Christi adventum non erat plenitudinem in omni terra invenire; siquidem multum erat inane: at ubi Christus apparuit de caelo veniens, plerique eorum; qui ex Gentibus ad fidem accesserunt, dicere potuissent: De plenitudine ejus nos omnes accepimus; & propterea plenitudinem ipsius esse: non enim vacui Evangelica institutione plenitudo Christi esse possunt.

1431 Si verò plenitudo Sanctorum sit plenus, ac numerosus eorum cœtus, hoc non in veterem Synagogam, sed in Christianam cadit Ecclesiam, in qua innumerabilis Sanctorum multitudo; in Synagoga autem exiguus illorum numerus. Effecimus in nostro opere de Martyrio, tot esse in Ecclesia Martyres, ut facile possint quolibet die anni numerari & colligi triginta Martyrum millia. Quid dicendum de caeterorum sanctorum multitudine? Certè infinita propemodum est; ad numerum revocari nequit, innumerabilis est; extra numerum Deus nobis esse voluit. Et quid si Sanctorum nomina (ut supra observavi) Christiani omnes intelligantur, sancti dicti secundum statum Evangelicum, qui ad sanctitatem adducit, & instituit? Quis illos numero coëcere temerè praesumat? Lege hac de re eruditam nostri Mendozae annotationem tom. 1. in 1. lib. Reg. cap. 2. vers. 10. ne actum agam. Quòd si plenitudo pro amplitudine usurpetur, uti observat nosfer Lorinus ad Pl. 23. 1. & ex aliis ad Pl. 88. 12. porrò amplitudo loci, quem Christiana Ecclesia occupat, totus terrarum orbis est: non exiguis Palaestinae finibus, ut antea Synagoga, circumscribitur quoque versus in omnem terram extenditur, & facile omnes Nationes complectitur. Videtis eundem Mendozam proximè relatum Notat. 15. ubi rem totam expendit rectissime.

dum fabricam aliquam moluntur, rudem prius fabricae ideam, aream scilicet, in brevissima membrana, aut in ipsa manus vola delineant, & ostendunt, ut totum inde æstimeretur opus. O planè arcanum Evangelicæ gloriæ Sacramentum! Ichographicam Ecclesiæ suæ speciem non in charta, aut tabula, sed in suis met manibus descriptam præfert corporatus Deus. In manibus meis descripsi te. Hebraicè, in volis meis exaravi. LXX. depinxi. Theodotion, efformavi. Aquila, accuratè descripsi. Non atramento aliquando vaneſcente, sed proprio cruore: non calamo leviter depingente, sed clavis rem altè imprimentibus, quam nunquam delebit æternitas, nam de Christi manibus clavo trajectis, de palmarum foraminibus, & stigmatibus, verba elucidant S. Cyrillus, & multi alii.

Ecclesiastici adificii area in utraque Dei manu.

1434 Preme adhuc illud, in omnibus. Etenim una Dei manus fat est ingentem cælorum, terrarumque molem comprehendere, ut Isaïas testatur cap. 40. 12. Quid ergo est, quòd non unà, sed utraq; vola manus descriptum sibi Incarnatum Verbum asseveret Ecclesiastici ædificii aream; nam magnarum urbium ichnographicam brevis charta capere solet? Certè ostendere sic voluit, immensam fore Ecclesiæ ædificandæ magnitudinem, & profusam nimis opere in ea honoranda, exaltanda, & bonis omnibus cumulanda, Dei munificentiam. Nonne verissimum illud est Salomonis pronuntiatum

Prov. 3. 17. Longitudo dierum in dextera ejus: & in sinistra illius divitiæ, & gloria. Priora verba de bonis spiritualibus & æternis, posterora de temporalibus communiter solent enodari. Utrisque bonis, plenà quidem utraque Christi manu, cumulatè abundè Evangelica Ecclesia supra veterem Synagogam. De spiritualibus nulla potest esse dubitatio; in his enim tantò est orthodoxa Ecclesia veteri Synagogâ luculentior atque gloriosior, quanto melius est nobile corpus, quàm umbra, quæ à corpore projicitur; & vivum atque elegans prototypum rudi atque inanimata imaginè, quæ illud obscurè repræsentat: ut passim sacri observant expostores ad illud Aggæi 2. 10. Magna erit gloria domus istius novissimæ plusquam primæ. De bonis terrenis dubium esse poterat; sed indubiè discretissimi viri statuunt (& in hoc etiam sensu Aggæi vaticinium capiunt) Ecclesiâ Christianam in his etiam corporalibus bonis antiquæ procellere Synagogæ longo quidem intervallo. Quis magnificentissimas Templorum structuras, quis prædia, quis pretiosa vasa, quis auri & argenti metalla, quis textilia, quis lucernarum copiam, quis altarium, & ministrorum factorum opulentiam, & immensam aliam supellectilem enumerando recensere valeat? Lege Baronium tom. 3. Annal. anno Christi 324. numero 71. & Anastasium Abbatem in Tractatu contra Judæos ad finè, ubi adductis Aggæi verbis, subtextit: Multo enim majores, & ditiores sunt per totum orbem Ecclesiæ, quæ altare venerandum habent in Dei gloriam, quàm Templum illud Jerosolymitanum. Vides vel hac in re, Synagogâ honorabiliorem omnino factam esse Catholicam Ecclesiam? Vides cumulatiorem esse divinam munificentiam quoad universa dona, erga Ecclesiam, quàm erga Synagogam.

Longè præstantior Ecclesia veteri Synagogâ.

Aggæi 2. 10.

An in bonis terrenis?

Anastasi Abbas.

Martini Hebraei gloria cum Abrahamo.

1435 Secundo, Abrahamum illum omnibus veræ gloriæ numeris absolutissimum Hebraicæ gentis parentem universa Synagoga gloriabunda semper agnovit, coluit, suspexit. In

eum unum religionis, sapientiæ, militiæ, & hamum patotius generis nobilissimos natales retulere. In de illæ Prophetarum voces: Attendite ad Abrahamam Patrem vestrum, Isaï. 51. 2. Abraham magnus Pater multitudinis gentium, & non est inventus similis illi in gloria. Eccles. 44. 20. Eccles. 44. Et illæ: Patrem habemus Abrahamam. Matth. 23. 3. 9. Et semen Abrahæ sumus. Joan. 8. 33. Semen Abrahæ sunt, & ego. 1. Corint. 11. 22. Et meritò illi quidem talem, ac tantum Parentem factabant, utpote omni ex parte, id est, singulis illis quatuor gloriæ capitibus nobilissimum, quæ supra recensuimus à numero 1261. Exigua hæc, ac ferè nulla, si cum eximio Ecclesiæ Parente, si cum prælustri Ecclesiæ natali componantur. Nonne Ecclesia Christianorum ex latere Christi in Cruce dormientis ortum trahit, uti de latere Adami dormientis archigenitrix Eva? Sic apertè testatur Apostolus ad Ephes. 5. 32. loquens de Evæ formatione, & ad Ecclesiam orthodoxam symbolum transferens, ut est ferè omnium Patrum mens, Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico, in Christo, & Ecclesia. Legelis, inter plures alios, S. August. in Pl. 116. & to. 6. S. August. lib. 12. contra Faustum cap. 7. & to. 9. tract. 9. in Joannem, & Terullianum, lib. de Anima cap. 43. qui ita: Somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem, ut de injuria perinde lateris ejus, vera Mater viventium figuraretur Ecclesia.

1436 Hic illa preme Isaïæ verba cap. 51. Isaï. 51. 1. quæ in Ecclesiam cadunt gloriosius, quàm in Synagogam. Attendite ad petram, unde excisus estis, & ad cavernam laci, de qua percussus estis. Attendite ad Abrahamam Patrem vestrum, &c. LXX. verunt; Attendite ad robustam petram, quam excidistis, & in foveam laci, quam excidistis. Hanc petram Christum esse clavis lanceaque perfossum, multi jure merito existimant cum Sancto Hieronymo sic magnificè loquente: Dicitur, ut aspiciant in robustissimam petram, quam exciderunt, & in foveam laci, quam foderunt, id est, Dominum Salvatorem. Hujus enim latus lancea perfoderunt, de quo exivit sanguis & aqua; hujus foderunt manus, & pedes. Possimus excisam petram, sepulchrum dicere Salvatoris, in quo conditus est, & resurgens à mortuis innumerabiles filios genuit; & appellatus est Abraham, id est, Pater multarum gentium. Quid luculentius? Novus Abrahamus Christus Dominus, cælestis, divinisimus, qui in Cruce pendens numerosam Ecclesiæ prolem in lucem edidit, non absque parturientium doloribus, & vitæ dispendio. Nec de nihilo est, quod Isaïas dixerit, non Abram, sed Abraham, aucto nomine Abraham nuncupans, de quo Genes. 17. 4. nam auctarium hoc fuit non plebeitæ cuiuspiam literæ, sed nobilissimæ, videlicet hæc, ex diviniore Dei nomine Jehovab decerptæ. Porro littera hæc, auctore S. Ambrosio in Pl. 118. Octonario 5. vitam significat: adde, & etiam per Christi mortem Cruci suffixi. Ut enim Guilielmus Alabastrus putat in suo apparatu ad revelationem Jesu Christi, littera n apud Hebræos cifralis nota est Christi Crucifixi: ad quem respexisse videtur Isaïas, ut augustè nobiles Christianæ Ecclesiæ natales commendet, quæ à Christo Crucifixo vitalem ducit originem. Obscura igitur, & despicabilis genere Synagoga erit, si cum Ecclesia comparetur. Vide Isaïam c. 66. à v. 9.

Quis Abrahamus, si cum Christo componatur, Ecclesia Patre?

Ephes. 5. 32;

A Christo crucifixo Ecclesia ortum trahit;

Littera Abrahami nomini addita ad Christum spectat.

Alabastrus

Synagoga ancilla, Ecclesia Domina, & Dei Sponsa.

Galat. 4. 22.

Synagoga cum Agar ancilla, Ecclesia cum Sara libera ingenua, & nobili componitur.

Genes. 17.

Littera Sara nomini indita Christum spectat.

S. August.

Synagoga Deus præsentissimus.

Deut. 4. 6.

1437 Tertiò, quod est inter ancillam, & dominam discrimen, est etiam inter veterem Synagogam, & Evangelicam Ecclesiam differentia. Synagoga cœtus Judæorum municipalis extitit, famula & ministrans; Catholica verò Ecclesia ingenua extat, nobilis, & Princeps, Domina, & imperans, ingenitos & nobiles generans. Illa Dei sponsa solet nominari, sed secundaria uxor est de ancillarum numero; Ecclesia autem, primaria conjux est libera, & ingenua, in quam Sponsus Jesus summopere munificus. Est hoc, quod Paulus luculenter aiebat ad Galat. 4. 22. Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per remissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Nuptias Abraham cum Agar ancilla, & Sara ingenua & nobili atque utriusque filios, Ismaelem & Isaacum, quorum literatus filiorum habetur Genes. 16. & 21. transfert allegoricè, & spiritualiter ad duo testamenta binosque populos, Moisaicum, & Evangelicum. Abraham referebat Christi personam, Agar Synagogam adumbrabat; utpote e serva servilem vitam viventem: Sara verò libera, Evangelicam referebat Ecclesiam; Ismael populum expressit Judaicum, Isaac Christianum. Hinc illud Genes. 17. 15. Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Idem profus elementum n. ha. Saræ nomini inditum est, quod Abrahamo fiera concessum, decerptum quidem ex angustiori Dei nomine Jehovab. Sui ipsè Deus nomine Abrahamum, & Saram nobilitavit, dum Abrahamum Christum portendebat, & Sara Catholicam Ecclesiam adumbrabat. Dei autem nomen servitute respicit; unde qui Dei nomine condecorantur, ingenui sunt, & nobiles, & a servitute omnino exempti. Ea propter, Christus cui Dei nomen convenit. Liber est, & universorum Dominus: Ecclesia verò ipsius, quæ à Christo Deo & homine, appellata est Christiana, non serva, ut olim Synagoga, sed libera & ingenua extat, Princeps ac Domina. Quod ipsam Saræ nomen præ se fert: significat enim cœntarum gentium Principem & Dominam, cum prius Sarai diceretur, id est, singularis, & domestica Domina, unius nempe familiæ. Quo dominantis titulo Ecclesiam nostram nobilitat Tertullianus lib. ad Martyres cap. 1. Domina Mater Ecclesia. Subinde illud Pl. 71. 14. Honorabile nomen eorum coram illo. Ex Hebræo vertas: honoratum, præclarum, pretiosum. Ubi Augustinus: Quia est videntur huic sæculo contemptibiles Christiani, nomen eorum coram ipso est honorabile, qui eis illud dedit. Preme verba Pl. 44. à vers. 10. Assit Regina à dextris tuis, &c. Et quid aliud Cantorum liber sonat, ex communi Patrum mente, nisi Christi amoris erga Ecclesiam unicè dilectam, & innumeris donis locupletatam, uti charissimam Reginam & Sponsam?

1438 Quarto, gloriabatur maximè Synagoga de Dei præsentia, quatenus benevolus ipse est, & præsentissimus adell fovendo indulgendo, repellendo mala, & bona omnia inducendo. Deut. 4. 6. En populus sapiens, & intelligens, gens magna (id est, magnæ, optimæ, &c.) Neque est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Magna hæc Synagogæ gloria, sed longè major Evangelicæ

Ecclesiæ, cui præsentior adest corporatus Deus, non vocaliter, ut olim, non moraliter solum, sed corporaliter, realiter, & essentialiter in alio Eucharistiæ Sacramento radicatus usque ad consummationem sæculi. Quod prædictum à Zacharia est cap. 2. 5. Absque muro habitabitur Jerusalem, &c. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu; & in gloria ero in medio ejus. Promittit Deus, se futurum esse Ecclesiæ, non solum tutelæ, atque custodiæ, sed etiam honori, & gloriæ; redditurum illam non tantum securam, sed etiam illustrem, & gloriosam: Ero eis in gloriam ipsos magnificè exaltando, ait ibi Dioys. Carthusianus. Statui supra, per gloriam hic intelligi Eucharistiæ mysterium, ut Montanus intelligit, qui ex Hebræo pro gloria, transfert jecur, unde in reliquum corpus alimentum traducitur. Potest etiam verè, Ero anima, ero substantia in medio ejus. Sic etiam Isaïas 66. 10. Letamini cum Jerusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam; ut fugatis, & replamini ab ubere consolationis ejus: ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus. Certè Eucharistiæ delicias omnimodam gloriam appellat Vates, ut ex contextu orationis mihi claret. Lege vaticinia ex cap. 33. a V. 16. & ex c. 60. 19. Preme illud Pl. 86. 3. Gloriosa dicta sunt de te, Pf. 86. 35 civitas Dei sen, ut Hieronymus legit, Gloriosa dicta sunt in te, civitas Dei semper. Quæ autem hæc gloriosa sint, pergit Paltes describere nimirum v. 4. quod omnes gentes Evangelica Jerosolyma essent donandæ, memor ero Raab, &c. V. 5. Christi natalitia, ejusque præsentiam Jerosolymam novam nobilitatis describit: Iose natus est in ea, interprete Hieronymo. V. 6. hæc habet: sicut latantium habitatio est in te. Quæ idemmet Hieronymus sic reddit: cantores quasi in choris (canent) omnes fontes mei in te. Videlicet preciosissimi sanguinis uberrimi fontes, in Eucharistia maxime bullientes, qui ad universam orbem vitales quidem fontes largiter derivant. Vide 1. ad Timoth. 3. a vers. 16. & ad Collossenses 1. 26.

1439 Perlegendum caput Ezechielis 48. præsertim à v. 31. exinde enim Evangelicam Jerosolymam pergit describere; cujus descriptionem illis verbis concludit: Et nomen civitatis ex illa die, Dominus ibidem. Quæ verba LXX. Interpretes arcanè æquè, & acutè sic reddunt: Nomen autem urbis, ex qua die facta fuerit, erit nomen eis. Quæ Theodoretus exposuisse voluit, urbem hanc ab eo die, quo denuò fuisset extracta, insignem nominatissimam, & gloriosissimam fore. Atque huc etiam respexisse videtur Chaldaeus, dicens: Et nomen urbis declarabitur ab eo die, quo fecerit Dominus habitare majestatem suam ibi. Illustrant hæc Vulgati nostri Interpretationem, juxta quam promittit Deus se futurum Evangelicæ Jerosolymæ omnimodam gloriam, majestatem, auctoritatem, nominisque celebratam: videlicet ab eo tempore, quo Christus Dominus, gloria nostra, Ecclesiam suâ præsentiam illustravit; nomen illa Christianum, Regium, & cum hoc vero nomine veram etiam gloriam, & felicitatem adeptam est. Vide Isaïam c. 26. v. 1. & 2. Et c. 60. 18. & 19. Et preme illa ejusdem cap. verba v. 15. Ponam te in superbiam sæculorum. Ex Hebræo Vatablus; in claritatem perpetuam. alii; in magnificentia perpetuam: alii in gloriam sæculi. Montanus: in gloriam, in celsitudinem, illustrem reddam. Quod

Sed præsentior Ecclesiæ corporaliter realiter essentialiter presentis in Eucharistia Zachar. 2. 5.

Isai. 66. 10;

Pf. 86. 35

S. Hieron.

Ezechielis 48;

v. 35

Chaldaeus

David